

III.
NEOVIDENSIS
REDIVIVUS

Nro 90. (*Neovidensis* 1805. Nro 93.)

Ex Campis Elysiis

Sermo Politicus

De consecrariis Vaccinationis.

Elysium -- Meum. -- Die Veneris 13. Dec. 1805. (Neov. 19 Nov.)

Sententia:

Satius est esse paucos homines, & felices, quam multos, & miseros.

De malis inventis c. 8.

Natura, inquit quidam scriptor Anglicus, servat semper æquilibrium inter terræ fructus, & animalia eisdem consumentia. Si homines sint copiosi, fruges autem paucæ, necessario consequitur, ut ex penuria alimentorum malus, & nocivus vitus, morbi, epidemiæ, fames cum omnibus suis calamitatibus, rapacitas, fraudes, seditioes, confusio rerum, studium habendi, bella, simulates, & sexcenta id genus mala, quæ stomacho infesta sunt, oriantur. Potentissima morum doctrina, etiamsi de cælo deducatur, nequit famelicum ventrem domare, hæc

de causa ait supra nominatus Author: Satius est in Statu habere paucos homines & felices, quam multos, sed miseros.

Vaccinatio, prosequitur idem ultra, ita multiplicabit homines, & stomachos, ut telus non sit suffectura suppeditare iis alimenta. Eapropter natura prævidens ex vaccinatione futuram innumeram hominum multitudinem sinit confari horrida bella, quæ per vaccinationem conservandos, multumque augendos homines iterum enecant, & sic consumentes stomachos imminuunt.

Quid autem ex *secularisatione* enatum est? Apud multos, qui alias Statui ecclesiastico se addixissent, cessare *præceptum castitatis*, unde etiam multiplicatio generis humani. Corrupti utique mores magnum ponunt generationi impedimentum, & naturæ beneficio olim factum est, ut tempore detectæ Americæ lues venerea fere interuenectione deleverit mortales, ut ab improbitate deterrentur.

In æstimatissimo scriptore, *Verfündiger* dicto continetur notatu digna descriptio, quamnam habeat proportionem Impopulatio ad producta terræ, Dominus Malthus (dicitur ibidem) ante duos annos edidit in Anglia de Impopulatione dissertationem, quam pluribus memorabilibus factis, & eruditis observationibus illustravit. Inter cætera asserit, Impopulationem ex sua natura tantopere ex-

nulla pro determinata tempore dimissio epistolarum; comparuit magnae auctoritatis vir, & omnis communicatio firmo stetit talo, certo tempore reddita sunt responsa, jam poterat cum provinciis extraneis foveri litterarum commercium. Ille patriam nostram liberavit a barbarie, eoque rem deduxit, ut potuerit illis tardis, & incertis tabellariis carere, seque gravioris momenti negotiis occupare.

Dilecte Collega! habet nostrum cursus publici institutum ultra prosequi, ut merita, quae sibi nostra Serenissima domus in Germania comparavit, aperta in luce collocentur. Verum quidem est, Ludovicus XI. Rex Galliarum instituit A. 1464 in suo Regno cursum publicum, at ille, uti ipsi gallici scriptores testantur, constabat tantum ex veredaris, qualibus Romani utebantur, & Imperator Carolus Magnus revexit. Contra noster cursus jam in sua origine perfectior erat; ex Belgio enim per totam Germaniam procul in Italiam pertingebat, unde cum diversis regionibus commodior, & facilius effecta est communicatio.

Imperator Mathias videns hanc adeo utilem cursus publici institutionem, A. 1616. nostrae Thurn Taxianae domui, ejusque successoribus contulit supremi cursus publici magistri dignitatem Sacri Romani Imperii Germanici. Daturne, quaeso, remuneratio, quae puriori fonti communis utilitatis, & majoribus meritis de bono publico inniteretur.

In Regno foederativo, quale Germania est, nihil poterat aptius institui. Si quilibet ordo Germanicus cursum publicum aperuisset, singulae equestres villae possent exigere, ut ejus fiant participes. Verum germanicae constitutioni consentaneum est, ut cursus publicus ab uno dirigatur sub praesidio Imperatoris. Haec sunt, amantissime Collega! animadversiones, quibus ego apud superos saepius distinebar, & quae modo cum adventu nostri benefici Principis Caroli Anselmi in Elysium animum meum subierunt.

Sæpenumero impugnata fuere jura nostrorum Principum; at illi eadem in omni violenta Statuum conversione sarta, tectaque conservarunt. Jura eorum sunt sancta, fundantur enim in communi omnium utilitate, & meritis patriæ germanicæ præstitis. Speramus fore, ut eadem post interpositam Gallicæ fidei & ultima Comitiorum decreta sanctiora adhuc, & firmitera evalant.

Sed jam veredarii tuba canunt. Collecti sunt, qui nostrum Principem in fortunata nemora comitabantur. Dico ejus successori, quid tibi scripserim, narra, quam grata mente etiam post mortem recolamus accepta beneficia, quem in modum illi nostras viduas, & proles commendamus. Ille est hæres beneficentiæ, & virtutum suæ domus; Enimvero jam qua filius hæres talis erat, imo nemo de hac familia aliter egit. -- Vivat pro felicitate nostræ posteritatis!

Resolutio Problematis Nro 61. propositi.

Sit numerus virorum = x fœminarum = y
& prolium = z . Sequentes nascuntur æquationes: $z^2 = 80x + 80y \dots A$; $x^2 = 10yz \dots B$; & $12\frac{1}{2}z^2 = xy$; videlicet $25z^2 = 2xy$; unde $y = 25z^2 \dots C$. Hunc valorem in A.

& B. substituendo prodit $z = 80x + \frac{80 \cdot 25z^2}{2x}$
seu $xz^2 = 80x^2 + 1000z^2 \dots D$. & $x^2 = \frac{10z \cdot 25z^2}{2x}$ scilicet $x^3 = 125z^3$; vel extrahendo

radicem cubicam: $x = 5z \dots E$. Substituto hoc valore in D, erit: $5z^3 = (80 \cdot 25 + 1000)z^2$; vel dividendo per $5z^2$: $z = 80 \cdot 5 + 200 = 600 =$ numero prolium; consequenter $x = 5 \cdot 600 = 3000 =$ numero virorum & $y = \frac{25 \cdot 600^2}{2 \cdot 3000} = \frac{25 \cdot 600}{10} = 1500 =$ numero fœminarum.

Isacus Schuster,

Francofuitensis Tabellarii filius.

Hoc Problema rite resolverunt G. H. Ehler Offenbathensis, & Franc. Rivet Monachensis.